præsertim per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros uni vel alteri Congregationi Tertii Ordinis hujusmodi, sive sæcularium, sive collegialiter viventium, sive etiam Religiosorum, eorumque personis, atque monasteriis, Domibus, Conservatoriis, Ecclesiis, Hospitalibus, Capellis, et locis quibuscumque, tam directe et specificè, quam etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, Minorum scilicet, Sanctæ Claræ, Prædicatorum, Augustinianorum, Carmelitarum, aliorumque Mendicantium, necnon cum Archiconfraternitatibus Cordigerorum, et Confalonis de Urbe, sub quacumque forma, et expressione verborum concessas approbamus, et confirmamus, atque de novo concedimus, et largimur; singulatim vero illas, quæ leguntur in literis felicis memoriæ Antecessorum nostrorum Clementis PP. V, incipientibus: Cum illuminatum sit, etc., sub datum 8 maji 1305, et aliis Sixti PP. IV, incipientibus: Sacri Prædicatorum et Minorum fratrum Ordines, etc., sub datum Kalendas augusti 1479, in aliis Leonis X, incipientibus: Dudum per nos accepto, etc., sub datum 10 decembris 1519, atque etiam aliis Clementis VII, incipientibus: Ad⁴ uberes, etc., sub datum 1526, sicuti et aliis Pauli PP. III, incipientibus pariter: Ad uberes fructus, etc., sub datum 8 novembris 1584, aliis etiam Clementis PP. VIII, incipientibus: Ratio pastoralis officii, etc., sub datum 20 decembris 1597, atque aliis Pauli PP. V, incipientibus: Cum certas, etc., sub datum 11 martii 1607. Eas præterea, quæ aliis quam plurimis continentur, ut Innocentii PP. XI, incipientibus: Universis, etc., sub datum 30 septembris 1681 et Ecclesiæ catholicæ, etc., 28 junii 1686, atque etiam: Exponi Nobis, etc., 5 septembris, et Alias emanavit, etc., 10 octobris ejusdem anni, necnon Exponi Nobis, etc., 15 Maji 1688, sicuti et aliis Innocentii PP. XII incipientibus: Ad ea, etc., sub datum 24 decembris 1692: Et debitum, etc., sub datum 19 maji 1694, necnon: Sua Nobis, etc., 17 kal. januarii 1695, et Cum sicut Dilectus, etc., 21 novembris 1696, atque: Exponi Nobis, etc., 3 decembris 1697, sicuti: Ex debito pastoralis, etc., quæque aliis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Literis in favorem dicti Ordinis expeditis, continentur, auctoritate, et tenore præmissis renovamus et confirmamus.

§ 13. *Clausula pro hujus constitutionis observatione.*

Decernentes has nostras Apostolicas semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque totos plenarios, et integros effectus obtinere, et sortiri debere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, et in futurum spectabit, firmiter et inviolabiliter observandas, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, et quolibet causa, quantumvis pia, legitima, et juridica, etiam ex eo, quod Tertii Ordines prædicti, et quicumque in præmissis, et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus vel rem habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, et auditi fuerint, et causæ propter quas eadem præsentis litteræ prodierint, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato et inexcogitabili, ac specificam, et individuum mentionem, ac expressionem requirente, defectu; sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua, resultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, et aliis superius expressis nusquam appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, impetrato, seu vulgato uti, vel se juvare in judicio, vel extra, posse; neque ipsas præsentis Literas Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogatio-

nibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore exituros, et Sedem Apostolicam prædictam, etiam in crastinum assumptionis eorundem successorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, et ex certa scientia, ac consistorialiter, et ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi de eisdem præsentibus Literis Apostolicis, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis, comprehensas, sed semper et omnino ab illis exceptas, et quoties illæ prodierint, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, et fore, sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuntios, ac alios quomodolibet quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quovis iudicio, et quavis instantia, iudicari, et definiri debere: irritum quoque, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§ 14. *Ministro generali totius Ordinis Minorum injungitur hujus Constitutionis executio.*

Quocirca dilecto Filio actuali Ministro totius Ordinis Minorum, ejusque successoribus pro tempore exituris per præsentés committimus, et mandamus, quatenus ipse, vel per se, vel per suum commissarium generalem, sive per iudices, conservatores ipsius ordinis, aut etiam per alios quoscumque sibi benevisos, et ab ipso delegatos, præsentés literas, et in eis contenta quæcumque, ubi, et quando opus fuerit, et quoties fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra, tanquam commissarius Apostolicus ad hunc effectum speciatim delegatus, easdem

præsentes Literas, et in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum, inviolabiliter, et inconcusse observari; omnesque, et in singulos, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, præmissorum omnium, et singulorum commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere; non permittens, illas super his a locorum ordinariis, aut ab alio quocumque, quavis auctoritate fulgente, quomodolibet, et indebite molestari, perturbari, vel inquietari; nullum, et insubsistens declarans quidquid sit, aut fuerit in contrarium factum; divisiones, obstacula, et perturbationes inter præfatum Tertium Ordinem, præsertim sæcularium, et contra ipsos Tertiarios prædicto Ordini Minorum, ut præmisimus, subiectos, insimulque rebelliones, ac sublevationes adversus superiores, et Religiosos primi Ordinis, eorumque in prædictum Tertium Ordinem superioritatem, correctionem, jurisdictionem, et privilegia sub quocumque prætextu, ratione, vel causa exortas, latas, et deductas, non permittens, contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo; legitimisque super his habendis, servatis processibus censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§ 15. *Contrariis derogatur.*

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii PP. VIII, Prædecessoris nostri de una, et Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur; aliisque quibusdam forsitan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis; ac quatenus opus sit, dicti Terti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, et novis additionibus, stylis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorialibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibusque; et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam

iteratis vicibus, in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, innovatis, et confirmatis; etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque litteras Apostolicas, etiam motu proprio, ac consistorialiter, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriæ derogatorias in se continentes derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, nisi hujusmodi derogationes consistorialiter factæ, et per diversas litteras intimatæ fuerint; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, et causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, et privilegiatas præsentibus proplene, et sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omissis, insertis, expressis, ac specificatis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singularum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, et plenissime, ac sufficienter, necnon specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§ 16. *Hujus constitutionis transsumptis habenda fides.*

Volumus præterea, ut earumdem præsentium litterarum transsumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii Generalis dicti Ordinis, sive Notarii publici subscriptis, et sigillo officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut procuratoris generalis ipsius ordinis, vel alterius personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhereretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§ 17. *Nemo hanc constitutionem violare audeat.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, approbationis, concessionis, extensionis, ordinationis, largitionis, decreti, voluntatis, mandati, et derogationis

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, quarto idus decembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco † plumbi.

P. Cardinalis prodatarius F. CARDINALIS OLIVERIUS.

Visa de Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

II.

BENEDICTI XIII CONSTITUTIO DIE 5 JULII 1726, *pro Tertiariis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui conventuales appellantur* (1).

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

I. *Proœmium.*

Singularis devotio, quam erga beatum Franciscum, ordinis Fratrum Minorum in plures familias distincti, piissimum conditorem, profitemur, jure exigit, ut universos tanti parentis Religiosos filios pari nostræ benevolentiae significatione complectamur et omnia litium semina ex illis, qui sub ejus Regula Deo famulantur, prorsus evellere studeamus.

II. *Constitutio edita pro Tertiariis Fratrum Minorum observantium non respicit Tertiarios Fratrum Minorum conventualium.*

Non modica quidem animi nostri molestia nuper accepimus, inter illos discordiæ occasionem inde ortam, quod per Constitutionem nostram,

(1) *Bullarium Roman.*, tom. X, pag. 290, edit. Luxemb. 1730.

quæ incipit : Paterna Sedis Apostolicæ providentia, vulgatam IV Idus decembres, anno Domini 1725, Pontificatus nostri secundo, totius ordinis Fratrum Minorum beati Francisci, qui alias a regulari observantia nuncupantur, ministro generali et secundariis superioribus auctoritatem et jurisdictionem in suos Tertiarios, per felicitis memoriæ antecessores nostros Romanos Pontifices traditam, confirmaverimus, ut per ejusdem beati Francisci vestigia gradientes, alacrius in Dei famulatu perseverarent, sui que sanctissimi Institutoris Exempla aliis imitanda proponerent. Hanc enim constitutionem tam luculentam, atque alienæ interpretationis expertem, quæ unos Tertiarios, Ministro Generali Fratrum Minorum, qui a regulari observantia nuncupantur, subjectos tantum respicit, et singulatim nominat, non vero alios, speciali nota dignos; nihilominus, contra expressam mentem nostram, ad illos Tertiarios etiam, qui vivunt, semperque vixerunt, sub ministro generali et secundariis superioribus Fratrum Minorum beati Francisci, qui conventuales dicuntur, detortam fuisse intelleximus. Quare nos ipsi, quibus cura specialis incumbit, ut auctoritate nobis divinitus tradita, jus suum unicuique pro virili servemus, atque ordines regulares privilegiis, ob suarum virtutum merita sibi ab hac sancta Apostolica Sede concessis, pacifice in Domino utantur; huic dissidio post maturam deliberationem occurrere volentes, præsentibus literis nostris, perpetuum robur imposterum habituris, motu proprio et ex certa scientia declaramus, sancimus atque statuimus, uni ministro generali et secundariis superioribus ordinis Fratrum Minorum beati Francisci, qui conventuales dicuntur, non vero aliis auctoritatem et jurisdictionem in suos Tertiarios deberi et competere.

III. *Privilegia per summos Pontifices Fratribus Minoribus conventualibus concessa iterum confirmantur.*

Hanc autem auctoritatem et jurisdictionem, iisdem fratribus conventualibus piæ memoriæ Romani Pontifices antecessores nostri pluribus abhinc sæculis Apostolica largitate indulserunt, videlicet Innoc. IV, literis incipientibus: Vota devotorum, datis Lugduni idibus juniis anno Domini 1246, Pontificatus IV, Nicolaus IV, literis incipientibus: Unigenitus Dei filius, datis apud Urbem Veterem VI idus Augustas anno 1290,

Pontificatus III, Martinus V literis incipientibus : Inter cætera, datis Romæ V idus decembres anno 1425, Pontificatus X, et Sixtus IV literis incipientibus : Romani Pontificis providentia, datis Romæ 18 kalend. januarias anno 1475, Pontificatus I : quare nos quoque decessorum nostrorum gestis inhærentes, eorundem Apostolicas literas, jam recensitas, auctoritate nostra iterum confirmamus, inque suo primævo robore nunc et deinceps manere volumus : ideoque approbantes, atque iterum confirmantes omnem potestatem, auctoritatem et jurisdictionem in eisdem Tertiarios Ministro Generali cæterisque secundarii superioribus Ordinis Fratrum minorum conventualium beati Francisci, ab antecessoribus nostris olim concessam, omnesque facultates, exemptiones, prærogativas, Indulgentias, et præminentias, in prædicta Constitutione nostra, Paterna Sedis Apostolicæ providentia, Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum, B. Francisci, qui Observantes dicuntur, in proprios Tertiarios a nobis indultas, pariter indulgemus eademque extendimus ad Ministrum Generalem Fratrum Minorum, qui Conventuales dicuntur, super Tertiarios, eidem Ordini et Ministro Generali subjectos; volentes præterea et statuentes, ut hi Tertiarii subsint uni eidem Ministro Generali Fratrum Minorum conventualium, præterea nemini; utque ad unum eundem Ministrum Generalem dumtaxat, et non ad alium quemcumque, in quibuscumque locis, civitatibus, provinciis et regnis, etiam ubi alii Tertiarii sunt, spectet instituere, condire et propagare eundem suum Ordinem, utriusque sexus Tertiariorum, de pœnitentia nuncupatum; quæque illorum profectum spirituales respiciunt, stabilire et decernere, illos corrigere et reformare, et omnia disponere, quæ jam laudata constitutio nostra Ministro Generali Fratrum Minorum observantium in proprios Tertiarios disponenda concedit. Etenim æquum est, ut Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum conventualium B. Francisci, qui inter cæteros Ordines, sub uno et eodem seraphico patre, et capite Deo famulantes vetustissimus est, omnem jurisdictionem, auctoritatem, facultates et gratias in Tertii Ordinis, ab eodem celeberrimo confessore instituti, pœnitentis indulgeamus, quæ aliis fratribus minoribus indultæ fuerunt, maxime cum ejusdem seraphici patris et confessoris corpus requiescat in eorundem Fratrum conventualium Basilica Cœnobii Assisiensis, quam propterea esse caput, et matrem totius Ordinis Fra-

trum Minorum felicitatis recordationis antecessores nostri Romani Pontifices suis Apostolicis literis decreverunt, nimirum Gregorius IX, incipientibus: Is, qui Ecclesiam suam, datis Laternani X kalendas majas anno 1230, Pontificatus IV, Clemens IV literis pariter incipientibus: Is, qui Ecclesiam suam, datis Perusiæ XVII kalendas majas anno 1266, Pontificatus II, Nicolaus III, literis incipientibus: Gloriosissimi confessoris, datis Reate, pridie idus majas 1277, Pontificatus I, et Sixtus IV literis incipientibus: Ad insignem, datis Romæ VI idus decembres anno 1480, Pontificatus V.

IV. Tertiarii Fratrum Minorum conventualium fruantur privilegiis et gratiis spiritualibus, quæ cæteris Tertiariis concessæ fuerunt.

Volumus etiam, decernimus atque statuimus, ut Tertiarii, directioni Ministri Generalis Fratrum Minorum conventualium subjecti, omnino gaudeant et fruantur omnibus exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, indulgentiis, privilegiis, gratiis et favoribus spiritualibus et temporalibus, quas Antecessores nostri Romani Pontifices iisdem largiti fuerunt, quapropter has iterum approbamus, confirmamus atque concedimus, easdemque etiam omnes et singulas, quas pridem concessimus in eadem Constitutione nostra, quæ incipit: Paterna Sedis apostolicæ providentia; decernentes tamen et declarantes, ut quacumque consuetudine in contrarium nonobstante, memorati Tertiarii, directioni et correctioni Ministri Generalis Fratrum Minorum conventualium subjecti, vestes religiosas, colore et forma Tertiariis proprias, induant, eo prorsus modo, quem Romani Pontifices suis apostolicis literis observandum præscripserunt, ad hoc, ut iisdem indulgentiis et gratiis frui possint.

V. Clausulæ derogatoriæ et censuræ in contra-facientes.

Hæc vero universa Ministro Generali Fratrum Minorum conventualium in Tertiarios ei subjectos, præsentibus literis nostris concessa, ita, et non aliter judicari et firma atque inconcussa ab omnibus haberi statuimus, non obstantibus ordinationibus, et constitutionibus apostolicis aliisque contrariis quibuscumque, quibus quatenus opus est, derogamus,

easque abrogamus, proque abrogatis, derogatis et nullis hac in re haberi volumus; pœnam excommunicationis ipso facto incurrendam aliasque censuras pro arbitrio nostro iis interminantes, qui contraire, vel temerario ausu ea impugnare præsumperint, quæ hac nostra constitutione firmamus atque decernimus : ob cujus plenam perfectamque observantiam injungimus venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et eorundem Vicariis et ministris, ut pro horum omnium plena executione tuenda, auctoritate sua vigilent, invocato etiam, si opus fuerit, ad hoc auxilio brachii sæcularis.

VI. *His literis fides ubique adhibeatur.*

Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis, Ministris vel procuratoris generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum conventualium, sive Notarii publici subscriptis, et sigillo officii ejusdem ministri vel procuratoris generalis ipsius ordinis, vel cujuscumque personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

VII. *Nemo has literas infringere audeat.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, declarationis, confirmationis, innovationis, concessionis, decreti, voluntatis, præcepti et derogationis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo septingentesimo bicesimo sexto, tertio nonas Julias, pontificatus nostri Anno tertio.

P. Card. PRODATARIUS.

Pro Domino Card. OLIVERIO.

C. Archiepiscopus Emissenus.

Visa

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

LUCAS MARTINETTUS.

III.

Nota. La pièce suivante est extraite du *Manuel du Tiers-Ordre* (pag. 47), imprimé à Lyon (1849), et composé par le très-révérénd P. Laurent, Provincial des Capucins de France. Nous la donnons en français, parce que nous n'avons pas le texte original.

PIE IX,

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU, POUR SERVIR DE MONUMENT
ÉTERNEL.

L'office du suprême apostolat que la volonté de Dieu nous a imposé, malgré la faiblesse de nos mérites, exige que nous enrichissions particulièrement de l'abondance des trésors spirituels, dont le Très-Haut nous a confié le dépôt, ces sociétés pieuses, fondées avec une rare sagesse, pour propager la religion et la charité des serviteurs de Jésus-Christ, afin que les chrétiens, excités par un si puissant motif, s'empressent de s'y agréger, et méritent, par un accroissement de vertus, de s'unir plus intimement à Dieu.

C'est pourquoi les supérieurs et les confrères du Tiers-Ordre de St. François dit de la Pénitence, de Marseille, nous ayant demandé qu'à l'exemple de Pie VII, d'heureuse mémoire, notre prédécesseur, dans ses lettres apostoliques en forme de Bref du 10 février 1818, en faveur des Tierçaires franciscains de la ville de Gerunden, Nous voulions bien aussi accorder à ces mêmes Tierçaires de tout le royaume de France, la confirmation, soit l'extension de tous les privilèges accordés en faveur du Tiers-Ordre, par Benoît XIII d'heureuse mémoire, notre prédécesseur, dans ses lettres qui commencent par *Paterna Sedis*; Nous avons jugé devoir condescendre à des désirs qui intéressent à un si haut degré le salut des âmes.

Voulant donc favoriser les demandeurs d'une grâce spéciale, et acquiescer à leurs pieuses supplications, plein de confiance en la miséricorde du Dieu tout-puissant et en l'autorité des BB. apôtres Pierre et

Paul, Nous confirmons à perpétuité, et autant que cela est nécessaire, Nous accordons de nouveau et Nous donnons, en vertu de l'autorité apostolique et par la teneur des présentes, en faveur desdits Tierçaires de tout le royaume de France, toutes et chaque Indulgence, rémission des péchés et des pénitences, et autres grâces spirituelles, généralement accordées au même ordre des Tierçaires, par le même Benoît XIII, notre prédécesseur, dans ses susdites lettres Paterna Sedis.

Et de plus les mêmes demandeurs nous ayant manifesté le désir que les Indulgences plénières attachées aux jours de l'Immaculée Conception de la bienheureuse Vierge Marie, de St. François d'Assise, de ses stigmates sacrés, de saint Louis, roi de France, et de sainte Elisabeth, de Hongrie, puissent être gagnées par lesdits Tierçaires du royaume de France, le dimanche qui suivra immédiatement chacune de ces fêtes, en vertu de la même autorité, nous transférâmes à perpétuité aux jours ces indulgences; nonobstant les paroles du même Benoît XIII, dans les lettres citées et toutes autres choses contraires.

Nous voulons qu'on donne aux traductions et aux copies des présentes, même imprimées, pourvu qu'elles soient signées de la main d'un notaire public, et revêtues du sceau d'une personne constituée en dignité ecclésiastique, la même autorité qu'on donnerait aux présentes, si elles étaient exhibées et montrées.

Donné à Rome, à Sainte-Marie-Majeure, sous l'anneau du Pêcheur, 7 juillet 1848, l'an III de notre Pontificat.

A. CARD. LAMBRUSCHINI.

IV.

PIUS, PAPA IX.


Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut nobis nuper exponit dilectus filius Joannes Carolus, magni minister generalis Fratrum Ordinis Minorum S^{ti} Francisci conventualium nuncupatorum, Christifidelium devotio erga Tertium Ordinem ejusdem

S^u Francisci vel restitui, vel crescere in dies longe ac late videatur, idem exponens a Nobis humiliter petiit, ut ad hanc pietatem augendam, quas Indulgentias aliasque spirituales gratias Tertiariis Franciscalibus Galliarum ad preces sodalitatis Tertii Ordinis Massiliensis, per litteras Nostras Apostolicas, datas die VII mensis julii 1848 concessimus, easdem sodalibus Tertii Ordinis sancti Francisci ubique existentibus, ad normam litterarum Apostolicarum felicitatis recordationis Benedicti XIII, prædecessoris Nostri, diei V mensis julii, anni 1726, quarum initium : — *singularis devotio* — concedere dignaremur. Nos autem, quibus pro munere supremi Apostolatus, maximæ curæ est Gregi Dominico majora quæ possumus auxilia conferre, ut in hac præsertim acerbitate temporum, vel nunquam a recto salutis tramite deflectant, vel in illum quantocius reducantur, piis hisce postulationibus benigne annuere censuimus : igitur de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, *omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus Tertio Ordini sancti Francisci Assisiensis adscriptis*, vel pro tempore adscribendis, auctoritate Nostra Apostolica, per præsentem litteras ea omnia et singula in perpetuum concedimus, quæ Tertiariis Franciscalibus Galliarum prædictis litteris Nostris diei VII julii 1848, concessa sunt juxta tenorem aliarum, quas diximus, litterarum Apostolicarum decessoris nostri Benedicti XIII. Non obstante nostra et cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus quibuscumque.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XI martii 1851, Pontificatus nostri anno quinto.

A. CARD. LAMBRUSCHINI.



CONSULTATIONS ADRESSÉES A LA RÉDACTION

Des Mélanges Théologiques.

CONSULTATION I.

Dans le remarquable article que vous avez publié dernièrement sur la célébration des Messes *de Requiem*, il n'est pas fait mention d'un décret du 11 avril 1840, qui semble contredire en plusieurs points vos assertions. Ce décret est rapporté en ces termes, dans le *Journal historique et littéraire*, tome 8, pag. 485 :

« Utrum sacerdos satisfaciat obligationi celebrandi Missam pro defuncto, servando ritum feriæ, vel cujuscumque sancti, etiamsi non sit semiduplex vel duplex? R. Affirmative. »

Ce décret permettrait de faire concorder plus souvent la Messe avec l'office, selon le désir exprimé par les règles générales du Missel.

Veillez, Messieurs, avoir l'obligeance de dire ce que vous en pensez, et agréer d'avance l'expression de ma gratitude.

Votre abonné.

Cette décision est, nous l'avouons, contraire à ce que nous avons enseigné, et par suite de ce décret, nous n'oserions blâmer ceux qui le mettraient en pratique. D'un autre côté cependant il ne change pas notre manière de voir.

Notre respectable abonné voudrait, semble-t-il, expliquer ou modifier par celui-ci les décrets de la Congrégation des Rites, sur la question. Ce serait là, à notre avis, s'écarter des règles. Ce n'est qu'incidemment que la Congrégation des Indulgences résout des doutes semblables, et la Congrégation des Rites seule est établie pour représenter le législateur dans tout ce qui concerne

le culte et les cérémonies de la religion. Le décret qu'on nous objecte doit donc être expliqué par ceux de la S. Congrégation des Rites, et ainsi il ne prouve *rien*, parce qu'il prouve *trop*. Tout est permis par ce décret : qu'il y ait ou non fondation, que ce soit un véritable anniversaire, ou une autre messe, qu'on ait requis expressément, ou non, une Messe de *Requiem*, aucune exception n'est faite. Or, il est bien certain que cela est en opposition directe avec les principes de la S. Congrégation des Rites. Il nous semble donc qu'on doit abandonner ce décret, ou le restreindre aux cas où, d'après la S. Congrégation des Rites, il est permis de dire la messe du jour.

Ajoutons en terminant que le désir exprimé par le Missel, que la Messe soit le plus souvent possible conforme à l'office, que ce désir, disons-nous, se rapporte aux Messes votives, et non aux Messes de *Requiem*. C'est la remarque judicieuse de Cavaliéri (1). Plusieurs auteurs étendaient les paroles *id vero passim non fiat*, etc., aux Messes des morts ; mais c'est à tort, puisque en désignant les jours auxquels les Messes de *Requiem* sont permises, le Missel n'apporte pas cette exception. N'oublions pas non plus de remarquer que la Messe de *Requiem* est d'obligation en certains jours pour les chapitres des cathédrales ou collégiales, tandis que les Messes votives ne sont que *ad libitum* aux jours marqués. De tout cela nous ne concluons rien pour notre sentiment, nous avons seulement voulu montrer qu'on invoque quelquefois à tort le Missel contre nous.

CONSULTATION II.

Nous extrayons les deux questions suivantes d'une lettre d'un de nos abonnés :

(1) Tom. III, cap. 10, decret. 2, n. 7.

1^o M. De Herdt, tom. I, pag. 194, s'exprime ainsi : « Quando Palla » ad lavandum dissuitur, aut interior charta vel lignum eximitur, verosimiliter perditur benedictio. » Or, je puis affirmer que la pratique générale est contraire, et qu'on se sert encore des Pales ainsi décousues, sans les avoir fait bénir de nouveau. Veuillez nous dire MM. ce que vous en pensez.

2^o Un curé pourrait-il, dans son registre de mariage, inscrire, comme légitimé par mariage subséquent, un enfant naturel qui n'est pas le fruit des œuvres de l'époux ? Pourrait-il du moins annoter que cet enfant a été légitimé dans le contrat civil ? L'époux avoue sa non-paternité, et la chose n'est pas contestée.

I. Nous ignorons quel est l'auteur ou quels sont les auteurs que M. D. H. a consultés pour soutenir ce qu'il avance ; jusqu'ici du moins nous n'en avons pas trouvé qui tiennent ce sentiment. Il apporte, à la vérité, une raison, mais à notre avis, bien faible : *Quia hae separatione facta usui suo esse nequit*. Nous croyons au contraire que la Pale ne perd pas sa bénédiction, lorsqu'on la découd, ou qu'on en extrait le carton. La Pale, liturgiquement parlant, n'est qu'une partie du corporal (1). Un morceau de toile (de lin) assez grand pour couvrir le calice, et bénit ; voilà tout ce qu'il faut pour une pale. Si cette toile se met en double, si elle est fortement amidonnée en Italie, et si nous y insérons ici un carton, tous ces moyens, dont le but est de la rendre plus résistante, ne changent rien à la pale et ne lui donnent pas une nouvelle destination. Est-ce qu'une aube, parce qu'elle a perdu son amidon et ses plis, est privée de sa bénédiction ? Et pourquoi une pale la perdrait-elle davantage ? N'est-il pas possible à la rigueur de couvrir le calice avec une pale réduite à sa plus simple vérité ? On l'a bien fait jusqu'au 12^e siècle. Voici l'objection la plus sérieuse

(1) Voir *Mélanges*, 4^e série, pag. 376 et 490.

contre notre sentiment. Une pale est cousue en double et bénite ainsi; or, si vous la décousez, il ne vous restera plus que deux parties, et non une pale. La bénédiction est donc perdue. Cet argument suppose que la partie inférieure ou supérieure de nos pales n'est pas suffisante à elle seule pour faire une pale; or, c'est là une erreur manifeste, ainsi qu'il vient d'être expliqué. Mais pourquoi un cordon (cingulum) conserve-t-il quelquefois sa bénédiction, s'il est brisé, et pourquoi la perd-il ailleurs? C'est parce que dans les cas de la première supposition, il en reste encore une partie suffisante à elle seule, pour ceindre le prêtre. Et ne devons-nous pas dire la même chose de la pale, puisque l'une de ses parties suffit pour remplir sa destination?

On pourra donc continuer sans scrupule à suivre l'usage reçu *quia separatione facta, adhuc usui suo esse potest.*

II. Nous ne pouvons donner qu'une réponse négative à la seconde question. Dans le droit canon, la légitimation s'opère de plein droit, par le mariage des parents (1), de telle sorte que quand les parents s'y opposeraient, les enfants nés d'eux avant le mariage seraient légitimés par le mariage subséquent (2). La reconnaissance des parents n'opère donc rien au for ecclésiastique, de même que le refus de reconnaître leur enfant naturel ne peut être préjudiciable à celui-ci. D'après cela, ne peut être légitime aux yeux de l'Eglise que l'enfant né de l'époux et de l'épouse; un étranger ne le sera jamais. Il n'est donc pas permis à un curé de déclarer sur ses registres que tel enfant est légitimé, lorsque d'après le droit canon cet enfant reste naturel. Le curé ne doit pas non plus signaler que l'époux a reconnu tel enfant comme sien, devant l'officier de l'état civil.

(1) Voir *Mélanges*, 1^{re} série, pag. 508, 2^e édit.

(2) V. Barbosa, *Collect. Doct.* in lib. IV. Decret. Tit. 17. n. 16.

Ce serait là ou vouloir légitimer un enfant malgré les lois ecclésiastiques, ou dévoiler au public l'injustice et le péché d'un époux qui, au détriment de ses enfants légitimes, introduit un étranger dans sa famille.

CONSULTATION III.

Messieurs ,

Un décret de la Sacrée Congrégation des Rites, en date du 7 septembre 1816 porte : « *Stolam non esse adhibendam præterquam in collatione et confectione Sacramentorum, ideoque consuetudinem in contrarium esse abusum, per locorum Ordinarios omnino eliminandam.* »

Un autre du 19 août 1651 : « *In missa quæ canitur sine ministris non debet thurificari, neque altare, neque chorus.* » Il est confirmé par un autre du 18 décembre 1779, cité par Baldeschi, *Esposizione delle sacre cerimonie*, tom. II, cap. 9 ; et dont je n'ai plus le texte sous les yeux ; mais si la mémoire ne me fait pas défaut, il renferme la clause : *Non obstante quocumque usu contrario.*

Un autre du 15 mars 1721, cité dans les *Mélanges*, 2^e série, pag. 404 : « *Non esse permittendum, sed omnino tanquam abusum prohibendum esse mandavit usum ut simplices sacerdotes, præter diaconum et subdiaconum, adhibeant in Missa solemnî presbyterum assistentem.* »

Or, dans ce diocèse, on voit rarement paraître un prêtre au chœur sans étole, pour quelque fonction que ce soit, dès qu'il porte le surplis. Souvent on y trouve un prêtre assistant, un simple prêtre officiant. L'usage de l'encens y est aussi fréquent, quand même il n'y a pas de ministres. Il est à remarquer que dans les paroisses rurales, il est très-rare qu'aux principales solennités, il y ait des ministres ; l'usage de l'encens y serait donc presque nul à la messe, tandis qu'en Italie généralement, il est très-facile d'avoir des ministres. D'autre part, considérant avec quelle prudence, avec quelle maturité de jugement la Sacrée Congrégation procède dans ses décisions, je vous prie, Messieurs, de me faire connaître votre opinion sur ces usages.

Un abonné.

1. Nous répondons, quant au premier point sur lequel nous sommes interrogés, qu'il faut de toute nécessité s'en tenir aux Décrets : ils sont trop formels, trop positifs, et ont été renouvelés un trop grand nombre de fois, pour que l'on puisse élever des doutes sur l'interprétation qu'il leur faut donner. Le décret de 1816 a été confirmé spécialement par le Souverain Pontife qui ordonna de le publier. Il le fut encore en 1847, par une autre décision qui atteint surtout les recteurs des églises paroissiales. Nous la mettons sous les yeux de nos lecteurs, quoiqu'elle se trouve rapportée dans le Dictionnaire des Décrets de la Congrégation des Rites (1). « Num celebrans, ubi non est obligatio chori, in vesperis festivis, vel votivis, possit stolam induere, » quum sit veluti præeminentiæ signum in choro, maxime in » Ecclesiis ruralibus? *Negative, juxta alias Decreta.* Die 11 » sept. 1847, in *Veronen.* ad 5. » On ne pourra donc prétexter aucune raison, aucun usage, pour s'autoriser à porter l'étole pendant les vêpres. Il est du reste si facile d'observer en cela les décrets, qu'une obstination déraisonnable peut seule maintenir les abus existants.

2. Les décrets relatifs à l'encensement de l'autel pendant une Messe qui est chantée sans diacres, ne nous paraissent pas aussi décisifs qu'à notre respectable abonné. Ils se rapportent tous à des ordres religieux, ou à des églises tenues à la messe conventuelle. Celui de 1651 a été porté pour les Carmes, un autre de 1701, pour les Camaldules, et le dernier de 1779, à la demande des Mineurs de l'Observance, et dans ces deux derniers décrets, il est fait une mention expresse de la messe conventuelle (2). Or, un principe qui nous paraît évident, c'est

(1) V. *Stola*, n. 1, in fine, pag. 241.

(2) V. *Opus cit.* V. *Thurificatio*, n. 2, pag. 244, *Missa*, §7, n. 11, p. 148. Nous avons déjà rappelé, 5^e série, pag. 320, que les Carmes étaient tenus à la messe conventuelle; et conséquemment c'est de la messe conventuelle qu'il faut entendre le doute proposé.

qu'il ne faut pas étendre une défense au-delà des termes qui lui sont assignés. La défense d'employer l'encens dans les messes conventuelles a été portée, et non sans de justes motifs, parce qu'il est toujours facile d'avoir des Diaeres pour assister à ces messes; mais il n'est pas question des messes paroissiales, ou solennelles qu'on chante dans les paroisses rurales, et dès lors nous ne pouvons pas assurer que la défense a été portée pour ces dernières.

Bien plus, nous croyons trouver, non seulement dans les auteurs (1), mais aussi dans le Mémorial des Rites publié par Benoît XIII, la confirmation de notre sentiment. Le Missel romain qui dispose les cérémonies, dans la supposition qu'il y a diacre et sous-diacre, ordonne, au Vendredi-Saint, de faire l'encensement, comme à l'offertoire, après qu'on a rapporté le Saint Sacrement sur l'autel. « Deinde imponit incensum in » thuribulo absque benedictione, et incensat oblata, et altare » more solito... » Or, le Mémorial dont nous parlons et qui a été approuvé par la Congrégation des Rites, indique les mêmes cérémonies à faire par le curé qui fait l'office seul avec acolythes et thuriféraires. « Stando nel medesimo luogo pone » l'incenso nel turibolo senza benedizione et senza baci... ed incensa le oblate dicendo al solito... etc. (2). » Et qu'on ne s' imagine pas que cet encensement se fait par ce motif qu'on vient de rapporter le S. Sacrement sur l'autel, puisque le même Mémorial a déjà indiqué cet encensement auparavant, comme il est marqué au Missel (3). Mais pourquoi ce qui est permis au Vendredi-Saint serait-il défendu aux autres jours de l'année? La disposition du Missel est générale, les décrets de

(1) Merati, tom. I, part. 2, tit. 6, n. 44; Cavalieri, tom. III, cap. 12, decr. 10, n. 10, et alii passim.

(2) Tit. V, cap. 2, § 4, n. 6 et ss. ap. Baldeschi, tom. 4, pag. 122.

(3) Ibid. § 3, n. 16. Baldeschi, pag. 121.

la Congrégation des Rites ne mentionnent pas d'exception, et conséquemment la défense, si elle existait, à l'égard des petites églises, s'étendrait au Vendredi-Saint aussi bien qu'au reste de l'année.

Nous pensons donc, jusqu'à ce qu'on rapporte un décret clair et catégorique, que les églises rurales ne sont pas comprises dans les défenses réitérées de la Congrégation des Rites, et qu'il y est permis, aux jours solennels, de faire les encensements ordinaires pendant la Messe.

3. Sur la troisième question, il est évident qu'on doit éliminer l'abus d'employer un prêtre assistant, dans les Messes chantées par des prêtres qui ne sont pas prélats. « Quod si alii-
» cubi, écrit Gardellini (1), in solemnioribus festivitibus,
» præter diaconum et subdiaconum, presbyter pluviâli indutus
» assistit, id fit per abusum, nullo prætextu cohonestandum,
» imo prorsus reprobandum et abolendum. » La Congrégation a quelquefois accordé le privilège d'un prêtre assistant, ou elle en a toléré l'usage, à cause d'une coutume immémoriale, mais c'était à l'égard des chanoines des cathédrales, ou des dignités ecclésiastiques. Une coutume en faveur de simples prêtres, quelque temps qu'elle ait duré, ne peut être invoquée, puisqu'elle a été formellement réprouvée par la Congrégation des Rites.

CONSULTATION IV.

Le Missel romain, aux jours des Rogations, enseigne qu'à la Messe, il ne faut pas faire mémoire de la fête occurrente. J'avais cru que cela ne concernait que les cathédrales qui sont tenues à célébrer tous les jours une messe conforme à l'office : mais examinant l'ordre ou cartabelle du Diocèse, j'ai remarqué qu'elle portait aussi *Missa Rogationum sine commemoratione festi*. Suis-je dans l'erreur, ou le rédacteur du Calendrier s'est-il trompé ?

(1) Not. ad. num. 4473.

Nous avons eu occasion de faire remarquer qu'un grand nombre de prescriptions du Missel romain s'appliquent aux églises astreintes à la messe conventuelle, et qu'il faut donner une décision contraire, lorsqu'on parle des églises simplement paroissiales. Ainsi les messes votives solennelles, dans les cathédrales et collégiales, se chantent *cum unica oratione*, tandis qu'ailleurs, la Congrégation l'a décidé naguères, on doit y ajouter les commémoraisons de la fête occurrente, du Dimanche, etc. La messe des Rogations rentre manifestement dans la catégorie des messes votives, et, conséquemment, est soumise aux mêmes principes. D'après cela il faut conclure que dans les églises paroissiales, la messe des Rogations doit comprendre la mémoire de la fête occurrente. C'est du reste ce qui vient d'être déclaré par la Congrégation des Rites.

Sub die 12 novembris 1831, sacra Rituum Congregatio decrevit :
« In Ecclesiis in quibus non solet quotidie Missa decantari, vel adest
» solus Parochus, in festo sancti Marci ac in triduo Rogationum, etiamsi
» occurrat festum duplex, si fiat Processio, legenda est Missa Rogationum :
» secus legenda est de festo cum commemoratione earundem. »
Quæritur ergo, si post Processionem legatur Missa Rogationum, debet in ea fieri commemoratio festi occurrentis, et fieri debent omnes aliæ commemorationes, quæ dicendæ essent in Missa diei? Vel his omnibus omissis, dicendæ sunt secunda et tertia orationes, quæ in Missa Rogationum dicendæ præscribuntur in Missali?

Et S. eadem C. respondendum censuit *faciendam esse commemorationem festi occurrentis cum sola tertia oratione, quæ secundo loco præscribitur in Missa Rogationum*. Die 23 maii 1846 in TUDEN. ad 2 (1).

La chose est donc claire. Lorsqu'il y a une fête occurrente, la seconde oraison sera celle de la fête, et la troisième *concede*, on

(1) V. Gardellini, n. 4904.

omettra la troisième qui est *Ecclesiæ* ou *pro Papa*. S'il y avait en outre un simple, la deuxième oraison serait de la fête, la troisième du simple, et l'on ne dirait pas les deux indiquées au Missel. Remarquons que la décision, quoique portée pour le cas où un curé est seul, doit néanmoins s'appliquer à toutes les églises non astreintes à la messe conventuelle, c'est le même principe et la même raison que pour les messes votives.

CONSULTATION V.

MESSIEURS,

Dans votre avant-dernière livraison des *Mélanges*, vous priez vos abonnés de ne vous adresser que des doutes pratiques. Je prends la confiance de vous en adresser quelques-uns qui se rapportent aux questions traitées dans cette publication.

1° Vous enseignez, *Mél.* 5^e série, p. 231, qu'en général il n'est pas permis de célébrer à l'autel où le Saint-Sacrement est exposé ; comment expliquer alors l'injonction générale faite par les directoires diocésains, au moins plusieurs, d'exposer pendant la messe, chaque premier dimanche du mois ? *Directorium Tornac.*, p. 7.

2° Doit-on suivre les mêmes rubriques pendant l'exposition du jour de l'adoration perpétuelle qu'aux jours des 40 heures, pour la collecte de la messe dans toute l'église, pour l'exclusion des messes *de requiem*, etc. — Dans une paroisse où le registre aux inscriptions des adorateurs serait perdu ou n'aurait pas existé ; ou s'il y avait plusieurs heures sans adorateurs, gagnerait-on l'indulgence dans cette paroisse, et pourrait-on pour la solennité faire usage du rescrit du 25 janvier 1850, rapporté dans le directoire de Tournay de cette année, p. 6.

3° Y a-t-il obligation de distribuer au peuple, pour l'emporter dans ses habitations, l'eau des fonts baptismaux bénite la veille de Pâques et Pentecôte ; quel usage peut-il en faire ?

Que penser de la pratique des pasteurs qui pour éviter le tumulte et même la profanation de cette eau que le peuple se dispute, font ap-

porter par chacun des assistants, un vase rempli de la quantité d'eau qu'il désire conserver, et la bénit ainsi avec celle des fonts sacrés, quoique séparée de celle-ci, comme les palmes que chacun tient en main pour être bénites le dimanche des rameaux ?

Un abonné.

I. S'il est vrai que le Directoire diocésain enjoigne d'exposer le S. Sacrement à l'autel où se chante la Messe, nous croyons qu'il faut s'y conformer. L'usage en effet que nous suivons généralement ici n'est pas tellement contraire aux rubriques, qu'il ne puisse être légitimé par de bonnes raisons, ainsi que nous l'avons expliqué. Or, l'injonction faite par l'Evêque est une raison plus que suffisante d'agir ainsi, et les recteurs des Eglises ne peuvent exciter des doutes à ce sujet.

II. Il nous paraît qu'on ne peut pas appliquer au jour de l'Adoration perpétuelle les privilèges accordés aux prières des XL heures. Il est défendu de sortir des termes de l'Indult. Si l'Indult pontifical accorde seulement la Messe votive du Saint Sacrement, en la forme de celle des XL heures, on n'est pas autorisé à conclure que la même chose a lieu pour les autres privilèges non spécifiés dans la demande. Il ne faut pas oublier non plus que les prières des XL heures sont établies pour une cause grave, publique, et qu'à ce titre, elles jouissent de nombreux privilèges que ne peuvent revendiquer les autres expositions du S. Sacrement.

Quant à l'autre partie du doute, savoir, si l'on peut faire usage du rescrit qui permet la Messe votive du S. Sacrement, dans les paroisses où l'adoration ne se fait pas selon les règles, nous donnerions une réponse affirmative. Quel est en effet le but, et quel est le motif de la concession pontificale ?

Le but, c'est de relever la cérémonie, d'y ajouter un certain

éclat, et de faire rendre plus d'hommages à J.-C. Le but, c'est encore d'attirer plus de personnes à la messe, au sermon et à la fréquentation des sacrements. Le motif, c'est le concours du peuple, l'empressement des fidèles à s'approcher de la table sainte, enfin, l'espèce de solennité extrinsèque qu'on attache généralement à ce jour. Or, ce même motif existe dans les paroisses où certaines heures n'ont pas d'adorateurs : la cérémonie s'y fait comme ailleurs, avec le même extérieur. Le but de la concession est atteint, et d'autant mieux qu'on a plus grand besoin de réveiller le zèle des fidèles, et leur amour pour le S. Sacrement. Au surplus, aucune condition n'est apposée dans le rescrit du Souverain Pontife, et dès qu'une paroisse est du nombre de celles qui font l'adoration perpétuelle, elle peut réclamer les avantages qui y sont attachés.

Pour les indulgences, c'est autre chose : une opinion, quelque fondée qu'elle soit, ne peut leur donner de la validité, si elles n'en ont pas; et il nous est impossible de répondre catégoriquement à la question de notre abonné, n'ayant pas de documents authentiques sur ce point. Si l'on tient à connaître notre sentiment, nous dirons que nous penchons pour le parti le plus favorable aux fidèles, et que nous croyons que l'Indulgence se gagne par les fidèles qui font leur adoration d'une heure devant le Saint Sacrement, quoiqu'en certaines heures il n'y ait pas d'adorateurs. Pourquoi cela? C'est qu'à notre avis, l'intention de l'Eglise n'est pas de priver du fruit de l'indulgence les fidèles qui ont rempli les conditions prescrites, et cela pour la faute d'autrui. C'est cependant ce qui arriverait, si, dans l'hypothèse, ceux qui font l'adoration ne pouvaient gagner l'indulgence. Il faudrait dire que dans une paroisse où une seule heure manque d'adorateurs, personne ne gagne l'indulgence, que dans un diocèse où le même manquement a lieu, personne

non plus ne gagne l'indulgence. Car si le tout est subordonné à la partie, c'est-à-dire, si l'enchaînement moral est tel qu'un manquement particulier fasse crouler l'ensemble, on doit convenir que telles seront les conséquences d'un manquement partiel. On serait même conduit à conclure, pour le rosaire vivant, par exemple, que si une personne de la quinzaine manque à son engagement, aucune des autres ne pourra gagner ni indulgences partielles, ni indulgences plénières, puisque c'est un tout moral. Or, tel n'est pas, croyons-nous, l'esprit de l'Eglise, telle n'est pas sa volonté : du moins le penserons-nous ainsi, jusqu'à ce que nous ayons des preuves manifestes du contraire.

Nous trouvons cet argument concluant contre S. Alphonse et les docteurs de Salamanque, et partant de leur principe que l'étranger n'est pas tenu aux lois locales, nous adoptons la conséquence que Jean Sanchez en a tirée. Un exemple rendra palpable la différence des deux opinions. Nos statuts frappent de suspension les ecclésiastiques qui entrent dans les cabarets, estaminets, cafés, dans le but de boire, fumer, jouer, ou causer avec les

(1) Joan. Sanchez, *Selecta de sacramentis*, disp. LIV, n. 31; Diana, *Resolutiones morales*, tom. IV, tract. VI, resol. XLV, n. 2, nomme ce sentiment probable.

(2) *De religione*, tract. II, lib. II, cap. XIV, n. 15.

buveurs (1). Une loi semblable existe dans le diocèse de Malines (2). Un prêtre de Malines se trouvant à Liège sera-t-il soumis à cette disposition de nos statuts? Oui, répondent S. Alphonse et les docteurs de Salamanque. Non, dit Jean Sanchez, plus conséquent que ses adversaires.

LVII. 5° Hors ces différents cas, quelle solution faut-il donner à la question? Deux opinions sont en présence, toutes deux appuyées de graves autorités. Suarez (3), suivi par Castropalao (4), Schmier (5), etc., enseigne qu'ils sont tenus d'observer les lois locales du diocèse où ils se trouvent. Plusieurs textes du droit favorisent ce sentiment (6). En outre, dit Suarez, « *Propria ratio est, quia lex generaliter fertur pro tali territorio, ut supponimus; ergo obligat omnes actu ibi degentes pro tempore, quo ibi commorantur* (7). » Pour prouver la justesse de sa conséquence, Suarez invoque la fin de la loi, c'est-à-dire la bonne administration du diocèse. Pour maintenir la paix, pour éviter les scandales, les divisions, pour empêcher la corruption des mœurs, il est nécessaire que les étrangers se conforment aux usages de l'endroit où ils se trouvent, il faut que les lois étendent leur empire sur eux comme sur les habitants du lieu. D'un autre côté on ne peut nier au législateur le droit d'astreindre les étrangers à observer ses lois, puisque ce droit est nécessaire à une bonne administration, et que tout le monde d'ailleurs lui reconnaît le pouvoir de punir les étrangers

(1) *Statuta diœcesis Leodiensis*, n. 16, 3°, pag. 19.

(2) Cf. Dens, *De censuris*, n. 17, pag. 521 sq., edit. 1830.

(3) *De religione*, tract. II, lib. II, cap. XIV, n. 8 sq.; *De legibus*, lib. III, cap. XXXIII, n. 3 sq.

(4) Tract. III, disp. I, punct. XXIV, § III, n. 11 sq.

(5) *Jurisprudentia canonico-civilis*, lib. I, tract. I, cap. V, n. 170 sq.

(6) Cf. cap. 2, dist. 8; cap. 11, dist. 12; cap. 1, dist. 41; cap. fin, *De feriis*; cap. 2, *De observatione jejuniorum*.

(7) *De legibus*, lib. III, cap. XXXIII, n. 3.

coupables d'un délit (1). Et, quoique la personne de l'étranger ne soit pas immédiatement soumise au supérieur local, elle le devient cependant, à raison de son séjour dans cet endroit. Enfin l'équité demande que les étrangers observent les lois locales. En effet, ils sont délivrés de l'obligation de garder les lois de leur patrie, ils jouissent de plus des privilèges du lieu où ils se trouvent ; il est donc juste qu'ils en subissent aussi les lois, conformément à la règle du droit : *Qui sentit onus, sentire debet commodum, et e contra* (2).

Malgré ces raisons, S. Alphonse (3), d'accord avec un grand nombre de canonistes et de théologiens, exempte les étrangers de l'obligation de se soumettre aux lois locales. La raison en est que la loi émane du pouvoir de juridiction et n'oblige par conséquent que ceux qui sont sous la juridiction du législateur, qui sont ses sujets ; or, les étrangers ne le sont point, ils ne font point partie de la communauté à laquelle la loi est donnée. Ce sentiment est encore favorisé par le droit. Le législateur a lui-même déterminé les cas où l'on ressortit à un tribunal, où l'on tombe sous la juridiction du supérieur : « *Ratione delicti, seu contractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, forum regulariter quis sortitur* (4). » Voilà, d'après le droit, les seuls modes d'acquérir juridiction sur quelqu'un. Si une habitation momentanée donnait le même droit, le législateur n'eût-il pas dû mentionner ce mode ?

Telles sont les deux opinions sur cette question. La seconde

(1) C'est du reste ce qu'établit le droit commun. Cap. 20, *De foro competenti*.

(2) Reg. 55 juris, in 6^o.

(3) *Theologia moralis*, lib. I, n. 156, dubit. 2. Cf. Schmalzgrueber, *Jus eccl. univ.*, lib. I, tit. II, n. 42; Böckhn, *Comment. in jus canon. univ.*, lib. I, tit. II, n. 52; Wiestner, *Institutiones canonicae*, lib. I, tit. II, n. 113; Salmant., *Cursus theol. mor.*, tract. XI, cap. III, n. 58; Layman, *Theologia moralis*, lib. I, tract. IV, cap. XII, n. 4.

(4) Cap. 20, *De foro competenti*.

nous paraît plus conforme aux principes et suffisamment probable pour être suivie en pratique. Remarquons toutefois que des circonstances particulières peuvent en interdire l'usage; v. g., si, en la suivant, on scandalisait ses frères. La charité nous oblige à ne pas user de notre droit.

LVIII. II. Quant à la seconde question : les statuts obligent-ils les religieux des couvents situés dans le diocèse? Il faut distinguer entre les religieux qui ne sont point exempts, et ceux qui jouissent de l'exemption. Les premiers sont soumis à ces statuts comme les autres sujets de l'Evêque. « Nam leges ferre, » comme dit Schmalzgrueber, et his subjectos jurisdictioni suæ » obstringere, primus actus jurisdictionis est (1). » Il faudrait excepter, avec Suarez, le cas où les statuts seraient contraires aux règles de l'Ordre : « Si leges Episcopales et synodales, dit » cet auteur, non sint contra statum regulæ religiosæ, licet sint » diversæ et aliquid ei addant, tenentur religiosi eis obedire ex » vi religiosi status, si alias exempti non sunt (2). »

Si les religieux ont obtenu le privilège de l'exemption, ils ne sont point tenus d'observer toutes les lois du synode. Celles-là seules les obligent, qui statuent sur les cas où les réguliers sont soumis à la juridiction épiscopale (3). Donnons quelques cas d'application de cette règle. Les réguliers ne sont pas exempts de la juridiction de l'Evêque en ce qui concerne la célébration de la Messe (4). Ils seront donc obligés d'observer la règle tracée dans le n. 225 de nos statuts (5). Ils sont également

(1) *Jus ecclesiasticum universum*, lib. I, tit. II, n. 38.

(2) *De legibus*, lib. IV, cap. XX, n. 6.

(3) Cf. Suarez, *ibid.*, n. 8; Schmalzgrueber, *loc. cit.*; Biner, *Apparatus*, etc., part. I, cap. III, n. 5.

(4) Cf. Conc. Trid., sess. XXII, *Decretum de observandis et evitandis in celebratione missæ*; Benedictus XIV, *De synodo diœcesana*, lib. IX, cap. XV, n. 5; S. Liguori, *De privilegiis*, n. 75.

(5) *Statuta diœcesis Leodiensis*, pag. 173.

soumis à l'Evêque en ce qui concerne l'exposition publique du saint Sacrement (1). D'où résulte encore pour eux l'obligation de ne pas transgresser le n. 258 des statuts (2). D'un autre côté, les religieux ne dépendent pas de l'Evêque pour leur conduite. D'où l'on déduira que les dispositions des n^{os} 22, 25, etc., ne les concernent pas.

Nous croyons qu'on pourrait contester à juste titre la légalité du n. 16, en ce qui regarde les religieux. Le droit commun, comme le disent les statuts au n. 15, défendent aux ecclésiastiques, tant séculiers que réguliers, la fréquentation des cabarets. Si, nonobstant la prohibition de la loi, un religieux y allait sans nécessité, il serait coupable, et, sous ce rapport, l'Evêque aurait le droit de poursuivre sa punition conformément aux lois ecclésiastiques (3). Il pourrait même lui retirer l'autorisation de prêcher ou de confesser (4). Mais nulle part la loi n'accorde aux Evêques le pouvoir de suspendre *ipso facto ab ordine et jurisdictione*, le régulier qui enfreindrait les dispositions canoniques sur ce point. Nous pensons donc que les réguliers ne seraient pas tenus de respecter cette suspense, et qu'ils ne contracteraient aucune irrégularité s'ils la violaient.

LIX. III. Nous sommes arrivés à la dernière question. Le législateur a posé lui-même dans le droit le principe de sa solution : « Statuto Episcopi, dit Boniface VIII, quo in omnes,

(1) Cf. Benedictus XIV, *Institutiones ecclesiasticæ*, Instit. XXX, n. 9 sq. ; Verhoeven, *De Regularium et sæcularium clericorum jure et officiis*, cap. III, § II, n. 8 ; *Mélanges Théologiques*, tom. II, pag. 289 (285) sq.

(2) Page 191 sq.

(3) Cf. Conc. Trid. Sess. VI, cap. 3, *De reformatione*, et sess. XXV, cap. 14, *De regularibus et monialibus* ; Didacus ab Aragonia, *Dilucidatio privilegiorum ordinum regularium*, tract. VII, cap. III, n. 2 sq. ; Zamboni, *Collectio declarationum S. Congr. Concilii*, tom. III, not. 262, page 294.

(4) Cf. *Mélanges Théologiques*, tom. IV, pag. 143.

» qui furtum commiserint, excommunicationis sententia pro-
» mulgatur, subditi ejus furtum extra ipsius diœcesim committen-
» tes, minime ligari noscuntur : cum extra territorium jus dicenti
» non pareatur impune (1). » Il ne peut donc y avoir de doute sur
la réponse à donner. Une fois hors de leur diocèse, les prêtres
ne sont plus tenus en conscience d'observer les lois propres à
leur diocèse. Ainsi un prêtre de Liège, se trouvant à Namur,
pourrait sans craindre d'encourir la suspense fulminée par le
n. 16 des nos statuts, aller à l'estaminet pour y boire, fumer,
jouer et converser avec ceux qui y sont. Il pourrait également,
sans se rendre coupable de péché grave, violer les dispositions
du n. 22 : « Sub gravi prohibemus eum lusum chartarum pie-
» tarum qui de industria ad multam noctem protrahitur, quum
» præter magnum temporis damnum etiam scandalum fidelibus
» parere natus sit ; gravius adhuc inhibemus ne in ludum istum
» chartarum sive alium quemlibet clericus, cujuscumque sit
» ordinis, aut dignitatis, ultra summam, quæ ex æquo et bono
» non reputatur gravis, impendere consuescat (2). »

LX. En serait-il de même, c'est-à-dire le prêtre serait-il
censé hors de son diocèse, s'il était dans un monastère de reli-
gieux exempts, et pourrait-il y violer impunément les statuts
du diocèse ?

S. Alphonse (3), et les docteurs de Salamanque (4) l'af-
firmant, parce que ces monastères sont des lieux exempts,
ainsi qu'il résulte du concile de Trente, sess. XIV, cap. 5 de
reformatione. Or, quant à l'usage de la juridiction épiscopale,
un lieu exempt est mis sur le même pied qu'un lieu situé hors
du diocèse.

(1) Cap. 2, de constitutionibus, in 6°.

(2) Statuta diœcesis Leodiensis, pag. 23.

(3) Theologia moralis, lib. I, n. 157 ; lib. VII, n. 24.

(4) *Cursus theologiæ moralis*, tract. X, cap. I, n. 114 ; tract. XI,
cap. III, n. 64.

Ce sentiment est assez communément abandonné (1), et c'est avec raison ; car ces monastères ne sont pas proprement des lieux exempts. Ce n'est qu'improprement qu'on leur attribue cette qualification. « *Locus autem exemptus ab Episcopi jurisdictione*, dit Giraldi, *in triplici classe, juxta communem, considerari potest. I. Prout est exemptus improprie, et per accidens ratione tantum personarum, ut fere omnia monasteria Regularium, quorum Prælati habet jurisdictionem in personas, sed sine territorio ; cum hæc loca sint in, et de diœcesi Episcopi* (2). » Aussi Suarez donne-t-il comme certain que les prêtres en question seraient coupables et encourraient les peines portées dans les statuts : « *Intelligendum censeo per locum exemptum, non ecclesias, aut monasteria religiosorum exemptorum : quæ non nisi ratione talium personarum exempta vocantur : et ideo si aliæ personæ subditæ Episcopis intra eos frangerent statuta Episcoporum, censuras eorum sine dubio incurrerent.* »

On ne conçoit pas comment les docteurs de Salamanque, que S. Alphonse aura sans doute crus sur parole, aient osé invoquer le concile de Trente. Écoutons-les ; puis nous donnerons le texte du Concile. « *Falsum est, assurent-ils, loca monasteriorum exempta non esse, sicut personæ sunt exemptæ a jurisdictione Episcopali, cum tam loca quam personas exemptas appellet Tridentinum, sess. XIV, cap. 5, de reform. ad finem.* » Voyons les paroles du concile de Trente : « *Universitates autem generales ac collegia Doctorum, seu*

(1) Suarez, *De censuris*, disp. V, sect. IV, n. 6 ; Coninck, *De sacramentis*, tom. II, disp. XIII, n. 63 ; Castropalao, tract. III, disp. I, punct. XXIV, § V, n. 30 ; Benzi, *Praxis tribunalis conscientiæ*, disp. II, quæst. VI, art. IV, n. 6.

(2) *Expositio juris Pontificii*, part. II, sect. XXI, pag. 825. Cf. Pignatelli, *Consultationes canonicæ*, tom. VII, consult. VII, n. 8.

» *Scholarium, et regularia loca, necnon hospitalia, actu hospitalitatem servantia, ac universitatum, collegiorum, locorum*
» *et hospitalium hujusmodi personæ in præsentî canone minime*
» *comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, et esse intelligantur.* » Un seul mot sur l'interprétation des docteurs de Salamanque. Ils interprètent le mot *exemptæ* comme s'il s'agissait de l'exemption de la juridiction épiscopale, tandis que le Concile dit simplement que ces lieux et les personnes qui les habitent ne tombent point sous son décret, que sa loi ne les concerne point. Avec des interprétations de cette force, que ne trouverait-on pas dans le concile de Trente?

LXI. Le principe posé ci-dessus qu'on n'est point coupable de péché, en violant, hors de son diocèse, une loi de son propre endroit, comprend-il aussi le cas où l'on sortirait de son diocèse dans l'unique but de se soustraire à la loi (1)? Sur ce point encore les opinions sont partagées. S. Alphonse (2) et Schmalzgrueber (3), sont d'avis qu'il n'y a en cela rien de déréglé. On peut dans ce cas violer la loi sans péché, parce que la loi n'oblige pas le sujet qui est hors de son territoire. Elle n'oblige pas non plus le sujet à ne pas sortir du diocèse. Elle impose une seule obligation : celle de s'y soumettre, tant qu'on demeure dans le lieu où elle est obligatoire. En sortant de son diocèse, le sujet use donc de son droit, et ne fait aucune injure au législateur. En outre le pape Boniface VIII a émis un principe général ; et là où la loi ne distingue pas, nous ne devons pas non plus distinguer.

(1) Nous supposons qu'il ne séjourne pas assez longtemps dans l'endroit étranger pour y acquérir un quasi-domicile ; car alors il est certain qu'il y violerait impunément les lois de son diocèse, comme cela résulte du bref d'Urbain VIII cité ci-après.

(2) *Theologia moralis*, lib. I, n. 159.

(3) *Jus ecclesiasticum universum*, lib. I, tit. II, n. 41.

L'opinion commune n'est pas favorable à ce sentiment, et prétend que, malgré l'absence du sujet, la loi continue à l'obliger. Cette opinion repose sur le principe que personne ne doit retirer d'avantage de son dol ou de sa fraude : *Nemini fraus et dolus patrocinari debent* (1). Ce qui aurait lieu, dans notre cas, si la loi ne continuait à obliger. Cette opinion trouve sa confirmation dans deux décrets du Saint-Siège, où elle est clairement adoptée. Le premier concerne le mariage des personnes qui, dans le seul but de contracter clandestinement, se portent dans un pays où le décret du concile de Trente sur les mariages clandestins n'a pas été publié. La S. Congrégation, appliquant le principe que ces personnes restent soumises à la loi de leur pays, a déclaré leur mariage invalide ; et sa décision a été confirmée par Urbain VIII (2). « Etenim, dit à ce sujet » Benoit XIV, cum neque Sacræ Congregationi, neque summo » Pontifici in animo fuerit novam rogare legem, sed præexi- » stentem, jam a Tridentino indictam, explicare, jam exinde » conficitur, ex utriusque sententia, qui in legis fraudem e loco » se subducit, ubi ea viget, sub lege nihilominus compre- » hensum, ejusque nexu devinctum manere (3). » Le second acte du Saint-Siège est contenu dans la bulle *Superna* de Clément X. Il y déclare que les pénitents, qui passent dans un autre diocèse uniquement pour obtenir l'absolution de leurs cas réservés, ne peuvent y être absous. « Posse autem, dit » Clément X, regularem confessorem in ea diœcesi, in qua est » approbatus, confluentes ex alia diœcesi a peccatis in ipsa reser- » vatis, non autem in illa, ubi idem confessor est approbatus, » absolvere, nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reser-

(1) Cap. 15, *De rescriptis*.

(2) V. ce Bref dans le *Bullarium Benedicti XIV*, vol. XII, pag. 400, édit. Mechlin.

(3) *De synodo diœcesana*, lib. XIII, cap. IV, n. 10.

» vationis ad alienam diœcesim pro absoluteione obtinenda mi-
» grasse (1). » Sur ce, Benoît XIV ajoute encore : « Ex quo
» iterum manifestum sit dolum et fraudem nemini patrocinari,
» ad evadendum legis vinculum ; eamque fraudem vere ab
» illo committi, qui, solo animo legem eludendi, e loco se pro-
» ripit, ubi illa viget. » Ces deux décrets ont, aux yeux de
Benoît XIV, évidemment tranché la question, de sorte qu'on
ne peut plus aujourd'hui s'écarter du second sentiment :
« Neque hodie fas esse videtur ab hac sententia recedere (2). »

Nous n'oserions cependant condamner celui qui, appuyé sur
l'autorité de S. Alphonse, suivrait le premier sentiment ; mais,
d'un autre côté, on ne pourrait non plus blâmer l'Evêque qui,
fondé sur le second sentiment, punirait en certains cas l'ecclé-
siastique qui mettrait le premier en pratique. L'Evêque est le
gardien de la discipline dans son diocèse. Or, un ecclésiastique
qui suivrait publiquement le premier sentiment, par exemple, en
matière de jeûne ou d'abstinence, pourrait scandaliser le peuple,
et par conséquent, mériterait d'être sévèrement réprimandé et
même puni par son Evêque.

(1) § 7, *Bullarium romanum*, tom. V, pag. 495, edit. Lugd., 1697.

(2) *Loc. cit.* Les principaux défenseurs de ce sentiment sont, outre
Benoît XIV, Wiestner, *Institutiones canonicæ*, lib. I, tit. II, n. 110 sq. ;
Layman, *Theologia moralis*, lib. I, tract. IV, cap. XI, n. 9 ; Vasquez,
tom. IV, in 3 part. quæst. 93, art. 2, dub. IV, n. 6 ; Ferraris, *Biblio-
theca canonica*, V^o *Lex*, art. III, n. 35, sq. V^o *Jejunium*, art. II, n. 29 sq.

DISPOSITIONS CANONIQUES DE L'ÉGLISE

EN MATIÈRE DE

CONCOURS AUX PAROISSES.

Pour nous conformer au désir exprimé par plusieurs de nos abonnés, nous donnons ici les principales prescriptions canoniques de l'Église concernant les concours aux paroisses. Nous croyons, pour le moment, devoir nous borner à la reproduction du simple texte de cette législation importante, en renvoyant toutefois le lecteur aux commentaires qu'en ont donnés Reclusius, *Tractatus de concursibus, collationibus et vacationibus parochiarum aliorumque beneficiorum*, — ou la *Correspondance de Rome* (1).

Pour ce qui regarde le diocèse de Liège qui, avant 1801, appartenait à la province ecclésiastique de Cologne, où l'on observait rigoureusement le concile de Trente sur ce point, le lecteur relira avec satisfaction ce que disent sur le concours, Manigart, *Praxis pastoralis*, tom. II, p. 109 et ss. édit. 1754, tom. III, pag. 255 et 265. — Sohet, *Instituts de droit ou sommaire de Jurisprudence canonique, civile, etc., pour les pays de Liège, de Luxembourg, Namur et autres*, Liv. II, tit. XXII, chap. XI, ainsi que les auteurs qui y sont cités.

(1) Liège, 2 vol. in-8, édit. Spée-Zelis.

I.

DÉCRET DU SAINT CONCILE DE TRENTE,

*Session 24, chap. 18, de reform. SUR LE CONCOURS AUX ÉGLISES
PAROISSIALES.*

Ecclesia parochiali vacante, deputandus ab episcopo vicarius, donec illi provideatur de parochia. Nominati ad parochiales, qua forma et a quibus examinari debent.

Expedit maxime animarum saluti, a dignis atque idoneis parochis gubernari. Id (1) ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit sancta synodus, ut, quum parochialis Ecclesiæ vacatio, etiamsi cura ecclesiæ, vel episcopo incumbere dicatur, et per unum vel plures administretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum (2) examen teneri mandat, per obitum vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiamsi ipsa parochialis ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti seu privilegii in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, seu abbatum, vel capitulorum : debeat episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere; qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur. Porro episcopus, et qui jus patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab episcopo præscribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinadoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus et sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si episcopo aut synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, omnes, qui des-

(1) Lege bullam Pii V. *In conferendis*, 1567.

(2) Sess. 7, *de reform.*, cap. 13.

eripti fuerint (1), examinentur ab episcopo, sive, eo impedito, ab ejus vicario generali atque ab aliis examinadoribus non paucioribus, quam tribus : quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit episcopus, vel vicarius, quibus magis videbitur. Examinadores autem singulis annis in diœcesana synodo ab episcopo, vel ejus vicario, ad minus sex proponantur; qui synodo satisfaciant et ab ea probentur. Advenienteque vacatione cujuslibet ecclesiæ, tres ex illis eligat episcopus, qui cum eo examen perficiant ; indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi examinadores, magistri, seu doctores, aut licentiati in theologia, aut jure canonico, vel alii clerici, seu regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei; jurentque omnes ad sancta Dei evangelia, se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros: caveantque (2), ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant : alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quam alii dantes incurrant; a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in synodo provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur ; a qua, si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei (3) judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis : ex (4) hisque episcopus cum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit; atque illi, et non alteri, collatio ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si vero juris patronatus ecclesiastici erit, ac institutio ad episcopum, et non ad alium pertineat; is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinadoribus judicabit, episcopo (5) præsentare teneatur, ut ab eo instituat. Quum vero institutio ab alio, quam ab episcopo, erit facienda, tunc

(1) Sess. 25, *de reform.*, cap. 9.

(2) C. Quando, 24, dist.

(3) C. Eam te, de ætat. et qual.

(4) Sess. 25, c. 9, *de reform.*

(5) Sess. 14, *de reform.* c. 13.

episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat. Quod (1) si juris patronatus laicorum fuerit; debeat, qui a patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, et non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusque supra dictis casibus non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis et ab examinatore approbatis, juxta supra dictam regulam, de ecclesia provideatur; nec prædictorum examinerum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis legatos, aut vicelegatos, aut nuntios, seu episcopos, aut metropolitanos, primates, vel patriarchas interposita, impediatur, aut suspendatur: alioquin vicarius, quem ecclesiæ vacanti antea episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsitan postea deputabit, ab ejus ecclesiæ custodia, et administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus et electus fuerit, ut supra, sit provisum: alias provisiones omnes, seu institutiones, præter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur, non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis provisionibus, indultis concessis quibuscumque (2) universitatibus, etiam ad certam summam et aliis impedimentis quibuscumque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ parochiales fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se examini quærat subicere; aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile graviore rixæ ac tumultus possint excitari; poterit ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen, ceteris tamen, ut supra, servatis, adhibere. Licebit etiam synodo provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda remittendave esse censuerit, providere.

(1) C. Illud, et c. Relatum, de jure patr.

(2) Sess. 7, c. 13, de reform.

NOTE SUR CE TEXTE.

UBALDUS GIRALDI, EXPOSITIO JURIS PONTIFICII.

In hoc decreto (Trid.) nulla certa, ac peculiaris forma, seu methodus servanda proponitur pro examine in concursu promovendorum ad Ecclesias parochiales; quæ hodie statuta legitur tam in literis encyclicis Clementis XI quam in Constit. Benedicti XIV, *Cum illud*, 14 decemb. 1742, in quibus hæc servanda statuuntur.

I. Ut Episcopus, habita notitia vacationis beneficii curati, statim in ea deputet Vicarium cum congrua fructuum assignatione ad curæ onera sustinenda, donec de Rectore provideatur.

II. Ut edicto intimetur concursus, præfigaturque terminus, intra quem tantum Cancellario Episcopi, vel alii ad hoc deputato exhibeantur in actis concurrentium requisita. Romæ præfigitur terminus decem dierum.

III. Ut hæc redigantur in compendium, et ejus copia die concursus tradatur tam Ordinario, quam Examinatoribus, ut hi una cum illo iudicium ferant, nedum super doctrina, sed etiam super vitæ honestate, aliisque concurrentium dotibus ad animarum curam exercendam necessariis. Romæ, si scrutinium fieri nequeat eodem die, differtur ad duos, vel tres dies, obsignatis interim responsis sigillo Eminentissimi Vicarii.

IV. Ut coadunatis concurrentibus, omnes claudantur in eodem conclave, unde nemo egredi, vel alius quispiam eo ingredi possit, donec confecerint intra certum, et idem temporis spatium omnibus constitutum, exhibuerintque scripta, et subscripta propria cujusque manu responsa casuum uno eodemque tempore dictatorum latine exarata, et sermonem, seu Oratiunculam conscriptam eo idiomate, quo ad populum haberi solet, super textu Evangelii eodem pariter tempore omnibus tradito. Romæ proponuntur resolvendi novem casus.

V. Ut singula responsa, et Oratiunculæ subscribi debeant ab Ordinario, vel ejus Vicario, Examinatoribus, et Cancellario concursus.

VI. Cavetur etiam, ne peracto hoc modo concursu, collataque Ecclesia parochiali magis idoneo, ac digniori, admittatur appellatio, aut a mala

relatione examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur; et ne iudex, ad quem, possit pronuntiare, nisi secundum acta concursus, ad ipsum clausa, et obsignata transmittenda, vel originalia, vel eorum authentica exempla, confecta a Cancellario concursus, et ab altero notario, collata coram Vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, eligendo ab Episcopo, ac subscripta ab Examinatoribus, qui concursui interfuerunt. Et hoc juxta cit. Bened. Constit. diserte vetantis posse recipi documenta cujuscunque generis post concursum expiscata; derogando hac in parte præfatis literis encyclicis, id permittentibus.

VII. Quod si Ordinarius, posthabito uno, vel altero ex approbatis, parochiam contulerit magis idoneo ex informata conscientia, hanc sibi tantum notam causam per literas familiares indicabit iudici appellationis; qui nec illam revelare, nec postulare poterit, ut ea juridice probetur. At si eidem Ordinario suspecta sit fides iudicis, ad quem, dictam causam aperire teneatur Præfeto Congr. Conc.

VIII. Statuitur præterea, ut si sententia iudicis appellationis sit uniformis præelectioni factæ ab Ordinario, non possit ulterius provocari. Si vero fuerit contraria, possit præelectus ab Ordinario ad alium appellare; retenta tamen interim parochiæ possessione; sed ubi secundus iudex pronuntiaverit, is parochiam obtinere debeat, cui duæ assistunt sententiæ, ne cum animarum curæ jactura, justo longiores sint provocaciones.

IX. Ultimo cavetur, ut semper liceat Episcopo, nulla petita a S. Sede licentia, concursus indicere, et complere, pro parochialibus, aut aliis dignitatibus animarum curam adnexam habentibus; sive vacaverint in mensibus reservatis, sive ex alio capite eidem S. Sedi reservatæ sint; hac tamen lege, ut si reservatæ tantum sint ratione mensium, eligat magis idoneum, et Dataria significet absque transmissione actorum concursus, nisi ab eadem Dataria requirantur. Si vero reservatæ sint ex alio capite, abstineat a ferendo dignioris iudicio, et acta concursus ultro Dataria exhibeat. Relinquitur tamen Ordinariorum arbitrio familiaribus literis denuntiare Datario personam magis dignam, eundemque monere, an occulta aliqua, et in actis justa reticita subsit causa, quæ cuiquam obstet ad parochiam obtinendam.

In eo autem, quod Tridentinum præcipit, ut si prædictum examen factum fuerit, non servata forma ab eo præscripta, concursus, et collatio nulla sit, ut declarat circa finem hujus cap. ampliatus est a S. Pio V. Constit. mox cit. decernente, præter dictam collationis nullitatem, hanc devolutam esse ad Sedem Apostol. seu ad eos, quibus jus competit parochiam conferendi.



II.

CONSTITUTION DE SAINT PIE V

In conferendis — DU 18 MARS 1567, CONCERNANT LE CONCOURS (1).

Damnatio cujuscumque collationis Ecclesiarum Parochialium, non servata forma Concilii Tridentini, hactenus factæ, vel de cætero faciendæ.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Exordium.

In conferendis beneficiis Ecclesiasticis, et præsertim Parochialibus Ecclesiis personis dignis et habilibus, quæ in loco residere, et per se ipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III in Lateranensi et Gregorii X in Lugdunen. generalibus Conciliis, ac Innocentii similiter III et aliorum Romanorum Pont. prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur.

§ 1. *Conc. Trid. sess. 7, c. 13 et sess. 24, c. 18 de reformat. tradidit formam conferendi Parochiales Ecclesias, et interim eis de vicario providendi.*

Quod ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ etiam generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in favorem Sanctæ Romanæ

(1) *Bullarium Roman.*, t. II, pag. 234, edit. Luxemb.

Ecclesiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reservatæ, vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Et deinde Episcopus, et qui jus patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum; aliquos clericos ad regendum Ecclesiam idoneos Examinatoribus juxta formam ejusdem Synodi deputatis, nominet, et nonnisi ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum Examinatorum, etiam tamquam magis idoneo ab Episcopo judicato et electo de Ecclesia provideatur, alias provisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censeantur.

§ 2. *Quidam vero Episcopi de hujusmodi Ecclesiis providerunt, non servata dicta forma.*

Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabantur nisi sit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, et verendum sit ne propter constitutionum hujusmodi transgressionem maximi abusus oriantur, Nos, ad quorum notitiam non sine gravi nostra molestia pervenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, et Episcopis occurrente vacatione Parochialium Ecclesiarum, eas nullo aut minus rite servato examine, præsertim illo quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine rite servato, personis minus dignis, carnalitate aut alium humanæ passionis affectum non rationis judicium sequentes contulisse, et de eis providisse, volentes quantum cum Deo possumus hujusmodi ac etiam futuris periculis occurrere.

§ 3. *Ideo hic Pont. collationes factas, ac fiendas contra formam dicti Conc. annullat, et beneficia vacare decernit, et Sedi Apost. reservat.*

Eorundem Prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas etiam innovando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes et singulas collationes, provisiones, institutiones, et quasvis dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis, et Archiepiscopis, ac quibusvis aliis collatoribus, tam ordinariis quam delegatis, etiam S. R. E.

Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nunciis, præter et contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendo, præscriptam factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris vel momenti fore et esse, nullumque provisum jus aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, et parochiales Ecclesias hujusmodi, ut prius ante collationes hujusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, et declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ et Sedis Apostolicæ, seu eorum quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis, et Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta decretum Concilii habere debent, competet, dispositioni reservamus.

§ 4. *Immo collationes Parochialium spectare ad Sedem Apostolicam, si de eis servata forma dicti Conc. Ordinarii non providerint, in tempore, et modo hic expressis.*

Insuper ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum periculum, quarumcumque Parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primate, et Patriarchas, et quosvis alios Ordinarios collatores, in mensibus ordinariis, collatoribus etiam per nostras regulas assignatis provisio et collatio spectat et pertinet, de quibus iidem Episcopi et Ordinarii prædicti intra sex mensium spatium a die vacationis earundem perfecto examine juxta formam Concilii Tridentini præfati non providerint, ac illarum etiam quarum collationes nobis et dictæ Sedi generaliter vel specialiter et ex quavis causa reservatæ, seu affectæ existunt, aut alias ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi et Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito juxta dicti Concilii Tridentini formam approbatas et magis idoneas non elegerint, aut electas nobis vel successoribus nostris, aut iis ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium a die illius vacationis non significaverint, necnon Parochialium Ecclesiarum similium, quæ Jurispatronatus ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum et laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis a jure præfixum prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatas petatur institui, institutioque

ipsa per duos menses a die præsentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis et ipsi Sedi ac personis indulta hujusmodi conferendi, providendi, seu instituendi obtinentibus respective reservamus; data tamen in Parochialibus Jurispatronatus optione ipsis patronis, ut si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentibus, et ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam.

§ 5. *Terminus Concilii non prorogetur.*

Prohibentes etiam eisdem Ordinariis ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis et patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant.

§ 6. *Beneficia sic reservata Ordinarii non conferant.*

Districtius inhibentes ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis (ut præfertur) disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias innovare quoquo modo præsumat.

§ 7. *Collatio prædictorum fiat idoneis, et gravati appellent.*

Ut autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis juxta ejusdem Concilii decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint a mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropol. aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordin. uti nostrum et Sedis hujusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apost. appellare, ac prælectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice et ejus Examinat. provocare, et constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato,

Parochialis magis idoneo, per eundem judicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum a quo appellatum fuit spectaret) conferatur; alias eidem magis idoneo per Judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum ad quem collatio, provisio, vel institutio spectabit.

§ 8. *Appellatio autem non suspendit executionem electionis.*

Hæc tamen appellatio interposita interim non impediatur aut suspendatur quo minus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, et provisus ab eadem Ecclesia, causa appellationis hujusmodi dependente, non amoveatur.

§ 9. *Et a Judice appellationis ad Sedem Apost. appellabitur.*

Et si quis a sententia per Judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus et singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus et inane.

§ 10. *Transumptorum fides.*

Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

§ 11. *Forma et effectus publ.*

Quodque litteræ ipsæ Cam. et Cancell. Apostolicarum, et Audientiæ causarum Palatii Apostolici valvis, et in acie Campi Floræ, dimissis inibi copiis publicatæ et affixæ omnes ita afficiant et arcent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo, etc.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1567, 15 Cal. Apr. Pont. nostri anno 2.

Publicatio.

Anno a Nativitate D. 1567, indictione 10, die vero 16 mensis Maii, Pont. autem Sanctis. in Christo patris, et D. N. D. Pii divina providentia Papæ V, anno ejus II, retrospectivæ litteræ affixæ, et publicatæ fuerunt in retrospectivis locis, ut moris est, per nos Alexandrum Astancollum et Joannem Guerardum prælibati S. D. N. Papæ Curs.

Ant. CLERICI. *Mag. Curs.*

(*La suite au prochain cahier.*)

DÉCISION RÉCENTE DE LA S. CONGRÉGATION DE
L'INQUISITION.

Nous remercions cordialement le très-respectable abonné qui a daigné enrichir notre recueil de la décision suivante de la Congrégation du Saint-Office. Voici la lettre par laquelle il nous a fait cette communication.

« Messieurs,

» Dans le premier cahier de la sixième série de votre recueil, page 67 et suiv., vous avez à juste titre réfuté une décision des conférences morales de Rome, concernant la validité d'un mariage mixte. Je ne doute pas que l'honorable rédaction de cette importante Revue ne reçoive avec intérêt la communication de la cause suivante, dans laquelle le cas rapporté par les *Mélanges* se trouve exactement reproduit et judiciairement décidé.

» Au commencement du mois de juin 1821 eurent lieu les fiançailles d'Anna-Maria, catholique, de la paroisse de S. Castor

de Coblenz, avec Louis, protestant, également domicilié à Coblenz. Comme l'époux ne voulut point promettre de laisser élever dans la religion catholique les enfants qu'on espérait de cette union, M. Milz, alors curé de Saint-Castor, depuis évêque suffragant de Trèves, non-seulement s'abstint de bénir le mariage et d'y assister, mais refusa même de proclamer les bans.

» Le mariage n'en fut pas moins célébré le 8 juillet suivant, mais en présence du ministre protestant seulement. Toutefois l'évènement ne tarda pas à prouver que cette union était souverainement malheureuse, et sur la plainte de la femme, l'autorité civile en prononça la dissolution dans le courant de 1832.

» Vers le commencement de mars 1831, le curé actuel de Saint-Castor, au nom de son paroissien, civilement divorcé, demandait à la chancellerie épiscopale de Trèves que la nullité de ce mariage fût aussi prononcée par l'autorité ecclésiastique.

» Par jugement de l'Official de Trèves, en date du 22 décembre de la même année, le mariage fut déclaré nul et invalide *ex defectu presentie parochi proprii*; parce que c'est seulement depuis la bulle de Pie VIII — *Venerabiles Fratres* — du 25 mars 1850, que le chapitre premier de la XXIV^e session du Concile de Trente, *De reformat. matrim.*, a perdu sa force, pour ce qui concerne les mariages mixtes dans la province ecclésiastique de Cologne.

» Le défenseur du mariage appela de ce jugement au tribunal du Métropolitain, à Cologne. Là, une sentence, rendue le 21 mai 1852, réforma la décision de l'Official de Trèves et maintint le mariage comme valide. Le juge se fondait sur ce que tous les mariages mixtes contractés en Allemagne devant

les ministres protestants, sont tenus pour valides par l'Eglise, si aucun autre empêchement canonique ne s'y oppose, et ce sans considérer si le susdit décret du Concile de Trente a été ou non légitimement publié dans le lieu où ces mariages sont contractés.

» Le curé de Saint-Castor se pourvut, au nom de son paroissien, contre le jugement rendu en seconde instance, et recourut à Rome où la sentence suivante décida définitivement cette grave affaire. »

Treviren. 28 julii 1852.

(Suit l'exposition des faits et des jugements rendus en première et seconde instance, ainsi que de leurs motifs ; puis :)

Feria IV. Die 26 januarii 1853.

In Congregatione generali S. Romanæ et Universalis Inquisitionis habita in conventu S. Mariæ supra Minervam coram Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus proposito suprascripto dubio, et præhabito voto DD. Consultorum, iidem Eminentissimi Domini decreverunt :

« Infirmata sententia Curiaë Archiepiscopalis Coloniensis, confirmandam esse sententiam Curiaë Episcopalis Trevirensis. »

Eadem die ac Feria.

Sanctissimus Dominus Noster D. PIUS, Divina Providentia PP. IX, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita resolutionem Eminentissimorum Cardinalium approbavit.

PRO D. ARGENTI, S. Rom. et Univ. Inquis.

JUVENALIS PETAMI, Substit. Notar.

DE LA TAXE A PAYER AUX DOYENS

POUR LA VISITE DES ÉGLISES.

Répondant à la consultation d'un de nos abonnés sur le point de savoir si les Doyens ont droit, dans leurs visites des églises, à la nourriture et à la taxe diocésaine simultanément, nous avons donné une réponse négative, d'après le texte formel du concile de Trente. En note nous avons] ajouté qu'il y a, à ce sujet, une décision spéciale du S. Siège portée sur la demande de feu Mgr. l'Evêque de Liège. Quelques abonnés appartenant à d'autres diocèses ont manifesté le désir de connaître cette décision. Nous nous empressons de les satisfaire, et de leur en transmettre ici le texte, d'après le mandement du 22 janvier 1847.

§ VII. *De taxa Amp. Decanis solvenda.*

Mandato nostro 6 maii 1833 taxam Amp. DD. Decanis *pro expensis et litterarum transmissione* solvendam statueramus decem francorum. Quum vero litteræ, gubernio sic benevole disponente, sine sumptibus per publicum veredarium jam deferantur, hæc taxa deinceps francorum erit tantum quinque.

Contra hanc taxam et alia bene multa a Nobis vel etiam ab aliis Episcopis sancita, nuper temere ac valde indecenter scripserunt pessimorum diariorum autores, qui plebeculam maxime in popinis sic misere decipiunt et contra Ecclesiæ ministros concitare moliuntur. Fatemur unum fuisse ex nostris parochis qui aliquo dubio circa hanc taxam anxius est, sed hujus dubii solutionem, dum Romæ essemus, facile obtinuimus. Placebit vobis documentum istud hic consignatum reperire.

Beatissime Pater,

Episcopus Leodiensis ob difficultates, quas unus Rector ecclesiae alicujus succursalis sibi facit circa visitationem ecclesiarum, de qua Concilium Tridentinum Sess. 24, cap. 3, de Reform., humiliter exponit, pluribus in Decanatibus Diocesis Leodiensis antea pro visitatione Decanis, loco Episcopi visitationem perficientibus, et pro ea et reliqua administratione Decanatus ad certas expensas coactis, annuatim solvi consuetum fuisse certam pecuniam taxatam.

Nunc supplicat Orator obsequentissime, ut sibi liceat, propter uniformitatem in praxi, et adinstar aliarum in Belgio Diocesium, pro omnibus omnino Decanatibus suae Dioceseos determinare unam eandemque certam taxam, a singulis ecclesiis parochialibus visitatis solvendam annuatim Decano, qui nomine Episcopi visitationem fecerit. Observatu dignum videtur 1° taxam illam ab Oratore, suo Mandato 6 maii 1833 (De Divisione Diocesis in Decanatus), sequentibus verbis enuntiatam et decretam fuisse: « Quum autem administratio et visitatio per Decanum vel ejus vices gerentem sine sumptibus locum nequeant obtinere, sapientissime statutum est in aliis Belgii Diocesium, ut cujuslibet ecclesiae visitatae fabrica pro iis sumptibus aliquid solvat. Taxa autem, quae in quibusdam Diocesium ad duodecim vel etiam sexdecim francos pro visitatione et litterarum transmissione excrescit, in nostra pro utraque re decem erit, solveturque quotannis in distributione SS. Oleorum. » 2° Hanc taxam hucusque sine ulla reclamazione universaliter solutam fuisse, ac propterea solvi in praefata SS. Oleorum distributione, quia tunc omnes singulorum Decanatum parochi solent convenire. Haec est gratia.

Die 16 junii 1845. SS^{mus} D^{nus} Noster, audita relatione infrascripti Secretarii S. Congregationis Concilii, Episcopi Oratoris precibus annuens, enuntiatam taxam, renovata tamen declaratione super solutione ejusdem taxae, eam non esse ratione distributionis SS. Oleorum, sed pro expensis supradictae visitationis, benigne approbavit.

P. CARD. POLIDORIUS, *Pref.*

A. TOMASSETTI, *Sub-Secretarius.*

CONSULTATIONS ADRESSÉES A LA RÉDACTION

Des Mélanges Théologiques.

CONSULTATION I.

MESSIEURS,

Dans le dernier cahier des *Mélanges*, vous avez promis un Cérémonial propre à la procession du S. Sacrement, un de vos abonnés vous prie de vouloir y ajouter aussi un petit cérémonial pour les cas suivants.

1° Quæritur an Sacerdos cundo ad altare Missam celebraturus genuflectere debeat : a) transiens lateraliter ante tabernaculum clausum continens SS. Sacramentum ? b) transiens ante ostium ejusdem, sed extra cancellos : v. g. tabernaculum habetur in choro columnis marmoreis aut similibus undique clauso ? c) transiens ante ostium quidem, in loco non cancellato, sed distans ultra viginti passus ab ipso tabernaculo ? d) in supposito quod in supra dictis casibus non sit genuflectendum, an regula locum haberet dum SS. Sacramentum est publice expositum ?

2° a) In quibusdam locis habetur confraternitas sub titulo *Jesus, Maria, Joseph* : et sæpe Missæ petuntur in honorem juxta hunc titulum ; quæritur quid faciendum diebus quibus Missæ votivæ permittuntur ? b) quid faciendum si Missæ petantur in honorem *S. Familiæ* ? c) quæ Missa sumenda, si petatur in conversionem peccatorum ?

3° On désire quelque éclaircissement sur la fête de la sainte Famille.

1. Les questions que nous présente notre respectable abonné, dans le doute 1^{er}, sont d'autant plus difficiles à résoudre, qu'on ne les trouve pas examinées par les auteurs : nous avons eu beau feuilleter tous ceux que nous avons pu consulter, nous n'y avons rien trouvé qui nous mit sur la voie d'une solution directe. Nous donnerons cependant notre avis motivé sur chacune des questions.

Commençant par la dernière *d*, nous disons que le prêtre en marche pour célébrer la Messe, doit faire la gémflexion devant le S. Sacrement exposé, quoiqu'il passe non pas tout à fait devant, mais de côté, *lateraliter*. Telle est la décision de la Congrégation des Rites dans un doute analogue. On lui demandait si les prêtres qui font partie d'un cortège processionnel doivent faire la gémflexion, lorsqu'ils passent devant le S. Sacrement exposé, mais *a latere* : elle répondit affirmativement. Voici le texte du décret d'après Gardellini (1).

